



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 29. Rex fame mortuus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

## §. XXIX.

Sæcul. XV.  
A.C. 1461.*Rex fame mortuus.*

Igitur febri corripitur, & morbi violen-  
tia adeo indies ingravescebat, ut rece-  
ptis pie Ecclesiæ Sacramentis, ob sua  
incontinentiæ peccata veniam a Deo pre-  
caretur, tandemque in festo S. Magda-  
lenæ vigesima secunda Julii ex hac vita  
migraret.

Enimvero nulla usquam ætas talem  
tulit Regem, quem adversæ fortunæ ca-  
sus, & potentissimorum hostium odia  
acrius agitabant; Verum vix alius Rex  
reperi poterit, qui ampliore gloria cun-  
cta eluctatus erat discrimina. Ejectis  
enim e regno coronæ suæ usurpatoribus,  
in sinu suo domique invenit hostes, qui  
etiam propriæ ejus vitæ insidias strue-  
bant; Præterea alium si nactus suisset  
Patrem, aliam quoque Matrem, terque  
quaterque felix nominari potuisset. Prin-  
ceps erat genio affabilis, benignus, libe-  
ralis, & justus. Tenero etiam affectu  
suos complectebatur populos, quos ab ex-  
actionibus maxima, qua potuit, sollicitu-  
dine exemit, & suis obsequiis addictos li-  
beraliter præmiis cumulavit, ac præter-  
ea non modo ob æquitatis studium, &  
regiminis prudentiam summam laudem  
promeruit, sed etiam restaurandæ Ec-

*Hist. Eccles. Tom. XXIX. C clefiae*

Sæcul. XV. clesiæ strenue allaboravit, tantaque pie-  
A.C 1461. tate eminuit, ut nullis decimis Ecclesias  
onerari pateretur. Regi huic cetera lau-  
datissimo id vitio jure vertebatur, quod  
ob nimiam indolis suæ facilitatem suorum  
familiarium ac meretricum arbitrio de-  
serviret. Postremis vitæ suæ diebus ani-  
mi erat timore pene exanimati, atque  
incredibili diffidentia, ac suspicionum tur-  
bine agitabatur. Nec tamen ea obsta-  
bant vitia, quin semper tanquam Prin-  
ceps æterna memoria dignus suspici que-  
at: Polydorus Virgilius encomiorum  
summam paucis hisce verbis complexus,  
eum vocat, *Gloriam Francorum, & Re-  
stauratorem Regni.* Ceterum mundo va-  
ledixit annos natus quinquaginta novem,  
menses sex, postquam Regni habenas an-  
nis triginta novem, novemque mensibus  
moderatus fuerat.

*Hist. Angl.  
Ab. 23.*

### §. XXX.

#### *Carol. VII. Regis liberi.*

**E**x Maria Ludovici II. Andegavensis  
Ducis Filia Conjuge sua undecim le-  
gitimos suscepit liberos, nemirum filios  
quatuor, & septem filias. Non nisi duo  
ex Filiis proiectam attingebant ætatem,  
Ludevicus Delphinus, Regis Successor, &  
Carolus, quem, nisi eum præmatura mors  
vivis eripuisse, Pater ejus Regni hære-  
dem